Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



113

lum ut audirent ve-
bum dei: et ipse sta
bat secus stagnum
genezareth. Et vidit
duas naves stantes
secus stagnum: pisca
tores autem descendant
et lauabant retia.
Ascendens autem in u
nam navem que erat
simonis: rogauit
eum a terra reducere
paululum. Et sedens do
cebat de navicula tur
bas. Vt cessauit au
tem loqui: dixit ad simo
nem. Duc in altum
et laxate retia vestra
in capturam. Et re
spondens simon dixit il
li. Praeceptor: per to
tam noctem laborantes
nichil cepimus
in verbo autem tuo
laxabo rete. Et cum
hoc fecissent conclu
serunt piscium multi
tudinem copiosam.
Rumpebatur autem
rete eorum. Et annu
erunt sociis qui erant
in alia navi: ut ve
nirent et adiuuarent
eos. Et venerunt et
impleuerunt ambas
naviculas ita ut
pene mergerentur.
Quod cum videret si
mon petrus cecidit
ad genua iesu dicens.
Exi a me: quia ho
mo sum domine. Sta
tim enim circumdederat
eum: et omnes qui cum